



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De mysteriis post cœnam, & in horto gestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

mæ dilectionis, his verbis vtens. (Accipite & comedite, &c.) Expleta autem cœna, Iudas ad vendendum illum egressus est.

*DE MYSTERIIS POST
cœnam & in horto gestis. Matt.
26. & Marc. 14.*

Primò: peracta cœna, & hymno dicto, profectus est CHRISTVS ad Oliueti montem cum discipulis suis undecim, metu plenis: & octo remanere iussit Gethsemani (Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem.)

Secundò: ductis secum tribus, Petro, Iacobo, & Ioanne, orauit ter dicēs, (Patet mi, si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.) Et in agonia existens prolixius orabat.

Terriò: cum eo timoris redigi se passus fuisset, vt diceret (Tristis est anima mea vsque ad mortem.) Et-

iam

iam sanguinem sudavit copiosum teste Luca. (Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram) Vnde conicere licet, vestimenta eius iam tum fuisse madefacta cruore.

DE COMPREHENSIONE
CHRISTI, & translatione ad Anne
domum, Matt. 26. Luc. 22. &
Mar. 14. Ioan. 18.

Primò: permisit se Dominus osculo à Iuda tradi, & quasi latronem comprehendi: (Tanquam ad latronem existis cum gladiis ac fustibus comprehendere me: Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis) Ipsoq; interrogante (Quem quæritis?) Corruerunt in terram inimici omnes.

Secundò: seruum Pontificis percutienti Petro ait (Mitte gladium tuum in vaginam) & sanauit seruum.

H 2

Tertiò